

THESES

CONTROVERSIARUM

FIDEI

Compendiales, pro omni Article
culo Fidei facile decidendo; tribus Luthe-
ro-Calvinicis Gymnasiis, Cassoviensi,
Eperjesiens, Patakiensi, ad discu-
tiendum propositæ,

In Alma Episcopali Univer-

sitate Cassoviensi Societ. JESU,
à R. D. JOANNE DEBRÖDI,
AA. & Philos. Magistro, & SS. Theolog.
Auditore, ex Seminario Kisiano Sancti

Regis LADISLAI.

P R A E S I D E R.P.


MATTHIA SAMBAR
è Societ. JESU, Phil. Docto-
re, & Saeræ Scripturæ Controver-
siarumque Professore Or-
dinario.



M. D C.



LXX.



S. August. ad Orosium.

Quid opus ire per amputandos ramos lo-
quacissimi erroris, cuius radicem effode-
re, atque extirpare, compendium est.

Idem, tom. 6. cont. Epist. fund. cap. 5.

Ego Euangeliō non crederem, nisi me Ca-
tholicæ Ecclesiæ commoveret authoritas.

Tertullianus de Præ- script. Cap. 15.

Dispici debet, cui competit possessio Scri-
pturarum; ne is admittatur ad eas, cui
nullo modo competit.



DEDICATIO.

Florentissimi o-
lim Regni Hungariæ Supe-
riorum Partium Inclytis

Tredecim Comitatuum

Statibus :

Principibus, Prä-
latis, Baronibus, seu Magna-
tibus, Nobilibus, Libe-
risque Civitatibus, Salutem, Pa-
cem, ac Perpetuam Feli-
citatem.


Elissimi, Excel-
lentissimi, Illustrissimi,
Reverendissimi, Specta-
bles, ac Magnifici, Ge-
nerosi, Nobiles, Pruden-
tes ac Circumspecti D O M I N I , D O M I-
N I Colendissimi: Donum mole exiguum
A 2 præse-

tentaturus , monere priūs volui ejus rei,
quā hujuscē Doni vis omnibus inclarescat.
Quid enim Patriæ nostræ optabilius , quām
Prisca ejus integritas ? & quid Prisca integrati
conducibilius , quām Prisca Fides ?
hāc uniti Veteres Hungari , non contra in-
vicem ; sed adversū Patriæ Hostes , tela
Domi cūdendo , foris tot victorias repor-
tārunt. Hanc pristinam sortem , prout
scio vobis desideratissimam , Satus Incliti ;
sic libentissimè viam eidem sorti rectissi-
mam aperio : publicè discutienda propo-
nens veræ ac Priscae Fidei Fundamenta , su-
per quæ consurgant muri Pristinae Felicitati-
s. Quibus Fundamentis , si quis contra-
ria opposuerit ; ea , vel sunt millies jam ante
refutata ; vel saltem futilibus privatorum
hominum inventiunculis nixa. Ego autem ,
Columnam & Firmamentum Veritatis ,
(1. Tim. 3. 15.) Ecclesiam offero Inclytis
Statibus.

Eorundem

Cliens Humillimus

IOANNES DEBRÖDI.



AD LECTOREM.

Nihil usitatius Lutherico-Calvinis, dum utilissima Fidei Controversia cum iisdem instituitur, quam aggredi plurima saltim, ex uno scilicet Fidei Articulo, in quo convincuntur, saltando mox ad alium; & in hoc si convincantur, exiliendo ad tertium; & ex hoc, ad quartum; aut certe revertendo ad primum: & hanc sibi excursionem sumunt pro Clypeo, ne convicti videantur. Præstat ergo mox ad initium hujusmodi Tractatus, Controversias omnes ad unicam reducere, quæ nimirum de Ecclesiæ disputat veritate: quicquid enim vera Christi Ecclesia docuerit; illud esse verum, nemo nisi insanus negaverit: quomodo enim vera, si falsum doceat? aut quomodo falsa, si verum doceat? Quærentibus itaque nobis, hac Compendiali Disputatione, motivum formale Fidei; idque non invenientibus absque testimonio Ecclesiæ; de hujus in pri-

mis veritate agendum est ; quā benē per-
spectā, nullus aeternæ Salutis cupidus ambi-
gere valeat , quam ex tot diversis, Religio-
nem amplectatur : & sanè ob horum igno-
rantiam, si non ob extremā nequitiam, Lu-
therus & Calvinus ab eadē Ecclesia desci-
vēre ; ad quam certò revertetur , quisquis
ex hisce Thesibus benē perspexerit Ecclesias
Catholicas in testificando ac interpretando
infallibilitatem : quæ , etiam Gentilibus ,
qualiter innotuerit , S. Augustinus de Ulti-
lit. creden. Cap. 14. sic exponit : Miracu-
lis conciliavit autoritatem , autoritate
meruit fidem, fide contraxit multitudinem ,
multitudine obtinuit vetustatem , vetusta-
te roboravit Religionem ; quam non solùm
Hæreticorum ineptissima novitas fraudibus
agens , sed nec Gentium quidem veter-
nosus error , violenter adversans ,
aliquā ex parte convol-
leret.





THESES I.

I. Ides, cum sit
F omnis ædificii
spiritualis fun-
dametum; juxta S. August.
Serm. 22. de verb. Apost. hinc se-
quitur, Fide Divina destitu-
tos, nullum Deo cultum
præstare, etiamsi cantillent
orentque totis diebus. Rom. 14.
23. Rom. 10. 14. Heb 11. 6. Perdit
autem totam Fidem, qui vel
unicum Fidei Articulum ne-
gat:

gat: quia recedens ab au-
thoritate Divina, vel mini-
mam rem à Deo revelatam
discredendo; Deum in illo
minimo, habet pro fallibili,
& illum tanquam indivisibi-
lem, totum negat objectivè,
(non autem subjectivè, seu
ex parte habitùs, debiliùs ad-
hærentis) & resistit toti Di-
vinæ authoritati; cui soli,
tanquam motivo formalis,
debetur omne id, quod cre-
ditur. S. August. Lib. de utilit. cre-
den. Cap. ii. ideoque sublatâ
jam Dei authoritate per insi-
delita-

delitatem in re minima; nil
restat amplius, cui Fides in-
nitatur: atque ita in Luthe-
ro-Calvinicis, quædam my-
steria discredentibus, nulla
est Fides, sed mera opinio
humana, quoad omnes o-
mninò eorum Articulos.
2. Cor. 6. 14. & 1. Joan. 1. 5. Tit. 1. 15.

2. Id quod ulterius The-
ologicâ ratione probatur:
nullum enim habent Luthe-
ro-Calvinici motivum for-
male Fidei Divinæ; cùm
nec Scripturam Sacram ha-
beant, nec sensum ejus falli-
bilem:

bilem: ideoque licet ex iis
quæ tenent Lutherο-Calvi-
nici, sint nonnulla materia-
liter vera, seu in se; ipsi sta-
men, ex motivo fallibili cre-
dentibus, non sunt vera: at-
que ita nullam Fidem Divi-
nam habent Lutherο-Calvi-
nici, quantumcunque se ja-
ctet quoad hoc miris modis.

THEISIS. II.

Dicitum S. Augustini
Tract. 40. in Joan. quid est Fi-
des, nisi credere, quod non vides?
intelligitur de mysterio cre-
dito, ratione motivi forma-

lis,

lis, quod est extrinsecum rei,
cui Fides assentitur; non
autem de quovis modo cre-
dēdi: & hinc sequitur, quod
qui ea tantum mysteria vo-
lūt credere, quæ intelligunt;
perverso ordine discentes,
nunquam ad scientiam veri-
tatis perveniant. 1. Tim. 3. 7.
Fides enim est via, ad intelli-
genda mysteria revelata:
Hebr. ii. 3. quæ tunc datur
clariùs intelligere, dum quis in
obsequium cognitio revelationis Divinæ, ca-
perit intellectum captivare. 2. Cor. 10. 5.
ut præmium subjectionis,
quæ est per Fidem; sit intel-
ligens.

ligentia mysteriorum. S. Hilar.

Lib. 8. de Trinit.

Tota igitur quæstio inter nos, & Lutherico-Calvinicos est, an hoc vel illud mysterium, sit à Deo revelatum ita prout creditur: nam si non sit à Deo revelatum, non creditur Divina Fide; sed humanâ tantum: deinde licet sit aliquid revelatum in se; quia tamen revelationem illam habent ex principio fallibili, ideo nihil omnino credunt Fide Divinâ Lutherico-Calvinici: dumque se Fide divinâ

divinā credere existimant,
fallibili interim principio ni-
xi; pro Deo, creaturam co-
lunt: alludente huc, ac di-
cente S. Augustino; Quomodo
ille, cui non credo, profert mihi Scriptu-
ras, quibus de illo credam, & eis ipse co-
natur dare authoritatem, cùm ego ipsi non
credām? Libr. 13. cont. Faust. Cap. 4.

Tom. 6. Quando ergo quæ-
ritur, an hoc, quod Luthe-
ro-Calvinici credunt, vel
quod nos Catholici credi-
mus, sit à Deo revelatum?
quæritur de Propositione
Modali; cuius Motivum
formale primum, Divina
Reve-

Revelationis infallibiliter declarativum de lege ordinaria, est sola testificatio veræ Ecclesiæ, ex sensu omnium SS. Patrum: ergo reperitâ verâ Ecclesiâ, reperitur vera Fides, quæ innititur revelationi Divinæ, per veram Ecclesiam declaratæ.

THESIS III.

i. CUM itaque summum Fidei Fundamentum, sit divina revelatio; de hac primò queritur quid sic? Secundò, an sit? Tertiò, qualis sit?

lis sit? & hæc sunt elementa, de
quibus loquitur S. Paulus: Hebr. §. 12.

Est autem Divina revelatio,
locutio Dei, quā manifestat
aliquid hominibus.

2. Cūm itaque nemo
quicquam possit Divinā Fi-
de credere, priusquam co-
gnoscat, an res ad creden-
dum proposita, sit à Deo re-
velata; quæritur ulterius,
quodnam sit indicium tam
proportionatum Divinæ re-
velationi, ut eo habito, in-
fallibiliter cognoscatur,
an hoc, quod creditur, sit à

Dco

Deo revelatum? vel an vere
sit locutio, seu verbum Dei?

3. Lutheri - Calvinici
Ministri ad eludendam hanc
Quæstionem, & ad popu-
lum alienandum à nobis, fin-
gūt se mirè devotos erga Scri-
pturam Sacram, ajuntque,
cur debeat in dubium vocari Verbum Dei?
& tamen Lutherani in dubi-
um vocant Epistolam S. Ja-
cobi, quam Calviniani ha-
bent pro Verbo Dei. Deinde
non cogitant, quām turpe sit, ignorare
eui credere, vel in humanis; idque multò
magis in Divinis. Rom. 10. 14.

4. Sicut ergo de Verbo
Dei

Dei cognito, impium est
dubitare; ita prorsus irrationabile est, habere aliquid
pro divinitus revelato, & ne-
scire pro certò, an verè sit di-
vinitus revelatum. Ideo-
que Lutherο-Calvinici, Scri-
pturam inordinatè zelantes;
tollunt omnem divinam re-
velationem, & consequen-
ter etiam Scripturam Sa-
cram, & omnem divinam
Fidem.

THEISIS IV.

i. I Nordinate assignant
Lutherο-Calvinici pro
revela-

revelationis indicio Scripturam, quam vocant Sacram, & nesciunt infallibiliter, an sit Sacra: nam Scriptura spe-
ctat tantum ad qualitatem, seu modum revelationis; non ad essentiam. Quare
rentibus ergo nobis, an id, quod Lutherο Calvinici credunt, sit revelatum? si
tanquam principali responso respondeant, esse revela-
tum, quia est scriptum; i-
dem faciunt, quod ille, qui
interrogatus, cur Petrus sit
homo? responderet, quia
est albus.

2. Deinde irrationabilissimum est, pro summae certitudinis fundamento, ponere id, quod est incertissimum: qualis est Scriptura per se: nam eadem, inanens eadem, pro diversissimorum sensuum indice, à diversis Sæctis accipitur: quo ergo sensu divinitus revelato, hic & nunc sumenda sit, ex ipsa sola sanè incertum est; adeoque & Lutherico-Calvinicorum Fides est incerta, Deosque alienos colens; humandum quid, & fallibile, habens pro divino & infallibili:
quia

quia cùm de contradictorio
in contradictorium non de-
tur transitus absque reali
mutatione, & mutatio illa
diversorum sensuum non sit
in Scriptura; ergo erit in sola
phantasia diversorum Præ-
dicantium.

3. Deinde non entis,
nullæ sunt qualitates: Cùm
ergò nullas habeant revela-
tiones divinas Luthero-Cal-
vinici; nec habent Scriptu-
ram Sacram, quæ spectat ad
revelationis qualitatem.

THESES V.

i. PRæterea, quæ infallibilis
proportio Scripturæ cū
Revelatione? cūm & Episto-
la Jacobi sit scripta, & tamen
negatur à Luteranis, esse re-
velata; & quædā hic & nunc
scripta ac præcepta habean-
tur, ut abstinentia à suffoca-
to & sangvine; celebratio
Sabbati, &c. & tamen pro
hic & nunc, quasi & nunc ser-
vanda, etiam à Lutherο-Cal-
vinicis non creduntur reve-
lata: & hoc ipsum, nullibi est scriptum.
Rursus alia creduntur etiam
à Luthe-

à Luthero-Calvinicis pro hic
& nunc revelata, uti observa-
tio diei Dominicæ, loco Sab-
bati. &c. Quæ tamen nullibi sunt scri-
pta: ideoque etiam ab illis,
nec omnia observantur, quæ
sunt scripta tanquam necessaria; & plu-
rima necessariò observan-
tur, quæ nullibi sunt scripta: ergo ir-
rationabile est, Scripturam
perse, esse infallibile indicem
Revelationis Divinæ; & Fi-
des Luthero-Calvinicorum
irrationabilis, ideoque mi-
nimè Divina.

2. Nec dicas, supra dicta
ex Scri-

ex Scripturis deduci: illa e-
nim deductio, non est in Scri-
ptura; estque diversissima
deductio, diversorum Hære-
ticorum: nam ex illo, ^{ego & Pa-}
^{ter, unum sumus: Ioan. 10.30.} ITEM Ex Eo,
& hi tres, unum sunt: 1. Joan. 5. 7. Ar-
riani quidem deducunt;
quod sint unum, sed volun-
tate solùm, & non naturâ:
Sabelliani autem deducunt;
quod sint uerum, non tan-
tum naturâ, sed etiam per-
sonâ.

3. Deinde Scripturæ so-
lae, nec certò indicant origi-

nem

nem suam Sacram, cùm
sint plurimæ rejectæ; nec
versionem sinceram, nec
continuationem integrum,
nec sensum determinatum;
cùm omnes hæreses orian-
tur ex pravo Scripturarum
sensu; & aliundè habentur
clarè præcipua Christianæ
Fidei Mysteria, uti Theoto-
cos, Homousios, &c. Ide-
oqué Scriptura sola, est res
incerissima: ergo prorsùs ir-
rationabile est, incertissi-
mum quid, poni pro Fidei
scu rei omnium certissimæ
funda-

fundamento: ergo rationa-
bilissimè dicitur, Lutherò-
Calvinicorum omnem Fi-
dem esse incertissimam, &
minimè Divinam.

THESES VI.

1. **Q**ui autem divinas re-
velationes infallibili-
ter dicunt indicari per solam
suam conscientiam, & per
privatum Spiritum; ii vo-
cantur insipientes: Ezech.
13. 3. & meritò; siquidem
in divina infallibilitate non
datur est, & non est; 2. Cor. 1.

18. in Luthero-Calvinico-
rum autem conscientia &
Spiritu privato, datur ~~est~~^{& non}
~~at~~: quia & ad invicem diver-
sæ hæreses; & eædem, sibi
ipsis contradicunt.

2. De contradictione ad
invicem, clarum est; primò
quoad plurima Fidei puncta
essentialia, in quibus Luthe-
ro-Calvinici contrariantur;
& præsertim quoad Cœnam
Dominicam, in qua Luthe-
rani realē Christi præsentiam
afferunt ex privato suo Spir-
itu; at Calvinistæ eandem
negant,

negant, ex eodem privato
Spiritu. Deinde Lutheran-
i ex sua Scriptura, juxta pri-
vatum suum Spiritum, di-
cunt universim; Calvinistarum
Doctores habere os mendax, per quod dia-
bolus diffusus est: Teste Confess. Tigu-
zina, Tract. 3. Anni 1545. fol. 127. &
tamē hoc negant esse verum
Calvinistæ; ideoque dicunt
esse mendacem, privatum
Spiritum Lutheranorum.

3. Rursus Calvinistæ, ex
suo privato Spiritu dicunt de
Doctrina Lutheranorum,
quod sit Satanæ excrementum: Beza de
Coena Dom. Vel ergo est infalli-

bilis privatus Spiritus; vel
fallibilis: si infallibilis; er-
go Lutherani contra Calvi-
nistas, & hi contra illos ve-
rum dicunt; quia ex privato
Spiritu: quod si fallibilis;
ergo & omnis Fides Luthere-
Calvinica est fallibilis; quia
fallibili privato Spiritu nixa:
de quo est illud; Nolite omni Spi-
ritui credere. 1. Joan. 4. 1.

4. Quod etiam sibi ipsis
contradicant Luthero-Cal-
vinici, adeò verum est, ut
Cassoviæ, 1668. anno, in di-
sputatione publica, coram
Hono-

Honorabili Senatu Casso-
viensi, Primarius Professor
Lutheranus ad objectas plu-
rimas contradictiones Lu-
theri, responderit; etiam Ad
postolos, in Sacris Scripturis sibi contradi-
xisse: sed mox ostensum est
ei, per unicam contradic-
tionem, concidere totam Scri-
pturam Sacram: cùm alter-
utra contradictioriarum sit
necessariò falsa; semel autem de-
prehensus falsus, præsumitur semper esse
falsus. Ergo & Scriptura Sa-
cra, quæ in alterutro eorum,
in quibus sibi juxta Luthera-
num Professorem contradi-

ceret, esset falsa; tota præsumeretur esse falsa.

5. Sic & Calvinus, ex privato suo Spiritu, sibi ipsi contradicit; authoritatem Ecclesiæ recipiens, Inst. Lib. 1. c. 7. n. 3. & eandem respuens, Lib. 4. c. 18. n. 12. & n. 18. &c. Adeoque privatus Lutherο-Calvinicorum Spiritus ille est, qui se transfigurat in Angelum Iudeis: 2. Cor. 11. 14. & consequenter, etiam Lutherο-Calvinicorum Fides hoc Spiritu nixa, minimè est divina; ideoque principium Fidei quærendum

dum aliud: Rom. 12. 1. di-
cente ipso Calvino; nihil esse
inchoandum Fidelibus, de quo certitudinem
in corde non habeant. I. 3. c. 5. n. 10.

THESES VII.

I. PRO infallibili cognitio-
ne Divinarum Revela-
tionum, nil superest viâ or-
dinariâ, de quo non possit
dubitari, præter Testimo-
nium Ecclesiæ; & quidem
talis, præter Notas infra di-
cendas, quæ nunquam ces-
saverit visibiliter: nam si ces-
sasset visibiliter, ita ut conti-
nuatâ Successione non po-
set

set perveniri ad tales, quos
Deus per miracula testatus
est verum dicere; sed cessa-
ret ordo, ita ut in quo cessa-
ret, ille non posset ostende-
re, quod hanc revelationem,
aut hāc Scripturam Sacram,
aut hunc sensum, à tali acce-
perit, qui rursùs accepit ab
alio tali, qui rursùs à tertio,
& tertius à quarto, & sic us-
que ad illum, qui à Deo se
accepisse, testatum fecit Di-
vinis miraculis NB. tanquam
Cælestibus lingvis: si in-
quam cessatur à tali demon-
stratio-

stratione; tunc ad Deum, huius
revelationis, hujus Scripturæ, aut hujus sensus au-
thorem non pervenitur: &
sic, tali Successione destitu-
ta Lutheri - Calvinorum.
Fides omnis, est humana
tantum, non divina.

2. Hujus porrò Successio-
nis infallibilitatem, noluit
Deus in uno solo Homine es-
se; ideoque nec unquam uni
soli privato promisit infalli-
bilitalem; sed aut toti Ecclesiæ,
1.Tim. 3. 15. aut ejus Capiti, cum mem-
bris. Matt. 16.18. Luc. 22. 32. 1.Cor. 12. 21.
Actor. 15.28. Et quia hic se defi-

cere, vident manifestè Lu-
thero Calvinici; ideò nō re-
currunt ad hanc viā ordina-
riā, alioquin certissimā Divi-
narum revelationū: sed re-
currunt ad vias fallibiles,
uti
ad stylum, ad vim conversivam, ad vatici-
nia, ad miracula: quæ quia sepo-
fitâ Ecclesiâ sunt incerta,
ideò destituitur omni Divi-
na infallibilitate Fides Lu-
thero-Calvinica. Et quam-
vis Deus non fecisset ullam
promissionem tali Commu-
nitati de infallibilitate testi-
ficationis; tamen irrationali-
bile

bile est, toti potius Comu-
nitati non competere id,
quod Lutherο-Calvinicitri-
buunt privato alicujus Spi-
ritui: uti Lutherus, Lib. de

Miss. priv. Libr. contra Reg. Angl. &

Calvinus, Inst. Lib. 1. c. 8. n. 13.

3. Videns Cassoviensis
Professor Lutheranus neces-
sitatem dictæ Successionis;
typo vulgavit, Lutherum à
Pontificiis vocatum seu mis-
sum esse ad doctrinam Lu-
theranam seminandam: sed
ostensum est ei, non posse quen-
quam legitimè mitti ad doctrinam, mitten-
tibus contrariam. Iaan. 4. 34. Iaan. 5. 30.
Iaan.

Ioan. 6. 38. Et sanè lepidum est,
ab iis dici missum Luthe-
rum, à quibus per Excom-
municationem fuit Satanæ
traditus. **1. Cor. 5. 5.** Pro
hujusmodi porrò Successio-
ne, vide etiam testimonium
Isaiæ: 59. 21.

THESES VIII.

I. **D**ecipiuntur Lutheri
Calvinici, quando pro
Quæstione facti, semper urgent
Quæstionem juris, de qua suppo-
nimus tanquam certissima
ex S. Paulo, Gal. 1. 8. quod sit male-
dictus, qui aliud, aut aliter accipiat pro
Verbo

Verbo Dei , quād id , quod , & prout SS.
Apostoli , suis Successoribus , & Viris Apo-
stolicis tradiderunt tanquam Dei Verbum.

Et hæc est Quæstio juris , de
qua minimè est dubitandum
etiam Luthero - Calvinicis ,
Scripturam toties præposte-
rè obtrudentibus : est autem
in illorum Scriptura , expre-
fissimè decisa prædicta Quæ-
stio Iuris : Gal. 1. 8. Et quia Quæ-
stio facti , statim declararet
omne jus , & veræ Scriptu-
ræ , & interpretationis , esse
penes Romano-Catholicos ;
ideo Luthero - Calvinici ti-
ment adeò hanc Quæstio-
nem

nem facti: quam tamen pro
nostra parte decidit Luthe-
rus Tom. 5. Latin. Witt. in 1. ad Cor. Et
Calvinus Lib. 3. c. 3. n. 10. scribens.
unum Augustinum, tanquam testem fide-
lissimum, sufficere loco omnium, pro testi-
ficando sensu Antiquitatis illius, quæ Apo-
stolos immediate est secuta, & ab illis acce-
pit tam verbum Dei, quam ejus sensum.

2. Jam ergo sit Quæstio
facti, an id, & ita accep-
rint Antiqui ab Apostolis,
quæ nos Catholici, & prout
nos tenemus & interpreta-
mur? an vero ita, prout in-
terpretantur Luthero-Cal-
vinici? Proferantur Anti-
quorum Libri; videantur

eorum

eorum testimonia; aliter Quæstiō
facti non deciditur. Sed sciunt
Lutherο Calvinici, quodo-
mnes omnino articulos no-
stræ Fidei Catholicæ, primi-
tūs acceptos ab Apostolis, te-
stetur tota Antiquitas in o-
mnibus suis Voluminibus:
ideo pro averſione plebis,
tranſeunt ab hac Quæſtione facti, ad Quæ-
ſtionem Iuris. uti Lutherus, ſupr. cit.
in Thesi 7. Et Comment. Epift. ad Gal.
cap. 1. Item Calvinus, Lib. 1. c. 8. n. 13.

Quām autem importunè tra-
hantur in favorem Lutherο-
Calvinicorum, obſcuriora
quædam SS. Patrum dicta;
videatur in Thesi 18.

THESES

THESIS IX.

¶ **Q**uod si ergo Quæstio facti sit investiganda per testimonia, & quidem talium Testium, quos admittunt ipsi Adversarii; dicat S. Augustinus, quid acceperint Viri Apostolici, id est, immediati Apostolorum Successores, de idoneitate testificantis Ecclesiæ? de qua idem Sanctus, Libr. i. c. 33. contra Cresconium, sic loquitur; *Quis quis falli metuit hujus obscuritate Quæstionis, (nempe quoad Scripturam.) Ecclesiæ de illa consulat.* Id ipsum ait super Psal. 57.

2. Quæ autem sit illa Ec-
clesia, Lib. de utilit. credend. cap. 17.

Sic exponit: Dubitabimus nos illius Ecclesiæ gremio condere, quæ ab Apostoli-
ca Sede, per successiones Episcoporum,
frustra hæreticis circumlatrantibus, cul-
men authoritatis obtinuit? Et libr. 2. c. 15.
contra Petilianum, AIT: Cathedra tibi
quid fecit Ecclesiæ Romæ, in qua Petrus
sedet; & in qua nunc Anastasius sedet?
cur appellas Cathedram pestilentie, Ca-
thedram Apostolicam?

Quam eti-
am Lutherus in Comitiis
Vormatiensibus, A. 1522.
verain fuisse asseruit usque
ad tempora Cocilii Constan-
tiensis; & Calvinus, usque
ad tempora S. Gregorii Papæ:
Instal. 4. c. 17. n. 49.

3. Omnia autem clariſſimè hæc Quæſtio facti;
an ſcilicet ea, quæ nos Ca-
tholici tenemus, ſint acce-
pta à Viris Apostolicis, tan-
quam divinitùs revelata; de-
ciditur Testimonio Concilii
Chalcedonensis, 630. Episco-
porum, ante mille & ducen-
tos circiter annos: quod con-
cilium, Actione 2. Infra medium.
Ait: Petrus per Leonem loquutus est; A-
postoli ita docuerunt.

4. Quæcūque ergo tem-
pore Leonis Pontificis Ro-
mana credidit Ecclesia; o-
mnia illa accepit ab Aposto-
lis: sed

lis: sed omnia, quæ defa-
cto credimus nos Catholici,
tunc credidit Romana Ec-
clesia; ergo omnia quæ de-
facto credimus, Ecclesia Ro-
mana accepit ab Apostolis.
Et sic, divinitùs revelata sunt
omnia, quæ nos credimus:
quæcunque autem Lutheran-
i Calvinici credunt, non sunt
illis divinitùs revelata, tan-
quam omni principio infal-
libili destitutis: ideoque nul-
lam Fidem Divinam habent
ullius sui articuli.

THE-

THESES X.

1. I Pse Christus ad quæstionem facti traxit Judæos, apud quos sciebat certum esse jus, quod ille sit à Deo, qui opera talia facit, quæ nemo aliis potest facere nisi à Deo missus. Jean. 3. 2. Ioan. 15. 24. Ioan. 10. 37. Sed ego, INQUIT CHRISTUS, talia opera facio, ergo credite. Ioan. 10.

38. Joan. 15. 24. Sic & Ecclesia Romano-Catholica; Sed ego, inquit, ita intelligo Scripturam, ita ministro Sacra-menta, prout primi SS. Pa-tres acceperunt ab Aposto-lis: Ergo, etiamsi Angelus de cælis aliter annunciat, anathema sit: Gal. 1. 8.

Sed Lu-

Sed Lutherο· Calvinι aliter
annunciant, quàm primi SS.
Patres acceperunt ab Apo-
stolis; Ergo sunt anathema,
quamdiu non resipiscunt.

3. Si negant Subsumptū;
camus ad testimonia; nam
Quæstio facti, prout dixi-
mus, aliter non probatur: le-
gantur Sanctorum Lytur-
giæ, legantur Homiliae, &c.
quibus territi Lutherο· Cal-
vinici, statim appellant ad
Scripturam Sacram, quam
tamen non habent; & per
Scripturam priùs scriptam,
quæstio

quæstio facti non deciditur.

3. Hic est Rhombus,
quem adeò carent Lutheri-
Calvinici, & præpostorè
cum antiquo Deceptore,
semper illud occidunt; Scri-
ptum est enim; Scriptū est enim; Matt.4.6.

Sed hoc nunquam ita objici-
unt, quin statim Catholici
respondeant cum Christo,

¶. 7. Rursùm Scriptum est: & eo
quidem sensu, quem dedit
ille, qui & Scripturam: &
quicunque alio sensu pro-
fert Scripturam, ille non
profert Scripturam Sacram:

nam

nam à Sola Ecclesia accipientes Scripturam Sacram ut talēm, non accepimus vacuum corticē, sed etiā sensum.

4. Vēl ergo Luther c. Calvinici, disputantes ex Scriptura, disputant ex sua Scriptura, ve ex nostra: si ex sua; negatur illis Suppositum: si ex nostra; debent illo sensu, quo data est nobis ab Ecclesia: quod si nolint hoc sensu; iterum negatur eis Suppositum, quod habeant Scripturam Sacram. Ita egit Doctissimus Tertullianus cum

Hærc-

Hæreticis, ante 1400. annos.

De Præscription. cap. 15. & 19. Valde dispiendum INQUIENS, cui competit posse fio Scripturarum ; ne is admittatur ad eas, cui nullo modo competit.

THESES XI.

1. **S**ed quia S. Augustinus, absolute pro omni tempore, & resolute ait; Ego vero non crederem Euangeliō, nisi me Catholice Ecclesiæ commoveret authoritas : Lib. cont. Epist. Manichæi cap. 5. ex altera parte, idem Sanctus contra Cresconium, Lib. 1. c. 33. ait: Ecclesiam esse infallibilem ideo, quia Scriptura Sacra dicit esse talem: Matt. 16. 18. 1. Tim. 3. 15. jam ex hoc dicunt Lutherο - Calvinici, nos committere Circulum vitio-

sum :

sum: ignorantes, tunc com-
mitti Circulum vitiosum,
quando probatur idem per
idem, eodem modo sum-
ptum: sicut Lutherο-Calvi-
nici faciunt, dum probant
Scripturam, per internam
SpiritūS Sancti testificationē:
& hanc rursus, probant per
Scripturam; Ioan. 10. 27. & qui-
dem codē modo sumptam:
id est: non aliunde cognitam; uti nos,
primò per Ecclesiam aliun-
de cognitam probamus Scri-
pturam Sacram; deinde per
hanc, jam cognitā ut Sacram,

C

tan-

tanquam per formale moti-
vum Fidei, probamus Eccle-
siam; ideoque non Nos, sed
Luthero-Calvinici vitiosissi-
mum committunt Circulum.

2. Nam Ecclesia, pro-
batur per Scripturā Sacram
cognitam, tanquam per for-
male motivum Fidei, con-
cedo; & Scriptura per Ec-
clesiam, tanquam per for-
male motivum Fidei, Nego;
tanquam per rationes appli-
cantes mihi formale moti-
vum, concedo: aut sic; Er-
go Ecclesia probatur per
Scri-

Scripturam, tanquam propositio de inesse, concedo; & Scriptura per Ecclesiam, tanquam de inesse, nego; tanquam propositio modalis, concedo: hujus motivum formale, est testimonio Ecclesiæ; illius, est Verbum Dei.

3. Propositio autem de inesse est, quando creditur in se, & quoad suam essentiam, mysterium aliquod revelatum: modalis autem; quando queritur de mysterii revelatione facta, vel non facta divinitus; quod spectat ad mo-

dum rei revelatæ: ipsa ita-
que revelatio non creditur
propter Ecclesiā, nisi tantum
quoad declarationem, seu acceptationem;
quæ acceptatio apud eum,
qui nondum admiserat Scri-
pturas, fit moraliter infalli-
bilis per evidētia Signa ve-
ræ Ecclesiæ: qui autem ad-
miserat; fit infallibilis infal-
libilitate Fidei; (cooperante
Divinâ gratiâ, quam Dæmo-
nes non habent, qui eviden-
tiâ rei coguntur credere.)
quia cùm divina revelatio,
firmet Ecclesiæ infallibilita-

tem in

tem in testificando; quicquid
credo propter Ecclesiam sic firmatam, divi-
nâ Fide credo: at Lutherico-Calvi-
nico, Ecclesiæ testificationem
respuentes, nec morali infal-
libilitate, nec divinâ fide cre-
dunt Euangeliō: ideoq; nul-
lam Fidem divinam habent.

THESES XII.

I. Mò Deum arguunt Lu-
thero-Calvinici, quasi ad
intentum humanæ salutis fi-
nem, non ordinâsse apta
media, inter quæ est princi-
pale, infallibilis cognitio re-
rum, quæ requiruntur ad sa-

ludem, necessitate medi; non
tantum necessitate præce-
pti. Cùm ergo nulla sit as-
signabilis alia certa & infalli-
bilis via cognoscendarum
revelationum, præter Eccle-
siam; Lutherο-Calvinici hāc
viam negantes, sunt ii, de
quibus ait Scriptura: dixit insi-
piens in corde suo, non est Deus. Psal. 13. 1.

2. Nam qui temerè credit,
etiam in humanis; non bene
credit: quanto magis in divi-
nis; quantūcunque se jactet,
quod in corde, seu conscienc-
tiā benè credat. Sed Luthe-
ro Cal-

ro-Calvinici dum moraliter
infallibiliter nesciunt, hoc
vel illud esse revelatum, te-
merè credunt; ergo non be-
nè credunt, nec habent ul-
lam Fidem Divinam; cuius
elementa sic se habent: quic-
quid Deus revelavit, est cre-
dendum; & hoc est evidens;
cum summæ veritati præ o-
mnibus sit assentiendum: Sed
v.g. septem esse Sacra menta,
Deus revelavit; quod ipsum
est etiam moraliter evidens:
ergo septem esse Sacramen-
ta, est credendum. Minor
probatur: quidquid vera

**Christi Ecclesia declarat, esse
divinitus revelatum; illud
est divinitus revelatum: Sed
septem esse Sacra menta, de-
clarat vera Christi Ecclesia,
esse divinitus revelatum; er-
go septem esse Sacra menta,
est divinitus revelatum.**

3. Major probatur ex
providentia Dei, quæ præfi-
gens finem, ordinat media:
nullum autem rationabilius
medium est, cognoscendi
hoc vel illud esse revelatum,
quam per Ecclesiam: illa
porro cognitio est evidens,

cum

cum sit MODALIS, quam se-
quitur cognitio de INESSE:
quæ quia soli Divinæ veritati
revelanti inititur, est obscu-
ra: MODALIS autem inniti-
turrationibꝫ, miraculis, aliis-
que Signis. Vide Calvinum,
Lib. 1. cap. 7. n. 3.

THESES XIII.

i. **U**T ergo idoneam Reve-
lationum Divinarum
testem, 2.Tim. 2.2. resciamus
veram Ecclesiam; ante o-
mnia necessariæ sunt NOTÆ
quædam extrinsecæ, quibus
vera Ecclesia discernatur à

falsis. Luthero-Calvinici dicunt, quod hæc Nota, sit sinceritas Verbi Dei, & Sacramentorum: sed hoc ipsum est in Quæstione, ubi sit hæc Synceritas? an in Lutherana, an in Calviniana, an in Anabaptistica, an in Arriana, an in Romana Ecclesia? Harū enim Ecclesiarum quælibet ait apud se esse, illam verbi Dei, & Sacramentorum sinceritatem: & hæc spectat potius ad Ecclesiæ essentiam; quæ est, veritas Fidei & Sacramentum, in Coetu unius Pastoris: nos autem

tem quærimus de extrinsecis
quibusdam proprietatibus,
ex quibus tanquam notiori-
bus, etiam rudiores facilè af-
sequantur, in qua Ecclesia,
quærēda sit dicta sinceritas;
quæ quidem fide creditur;
eius autem proprietates, &
Signa externa evidenter mo-
raliter cognoscuntur etiam
à malis Spiritibus, tanquam
externæ proprietates verita-
tis credendæ: quæ sicut cre-
ditur infallibiliter ex princi-
pio infallibili; ita malè impu-
gnatur ex quocunque prin-

cipio fallibili, qualia sibi fin-
gunt Lutherο-Calvinici, tū
ex historiis, tum aliunde.

2. Ut porrò Ecclesiæ ve-
ritas, certò cognoscatur per
Notas; istæ debent simul uni soli convenire,
idque subjectivè; circa
quod multùm hallucinatur
Professor Lutheranus Caf-
soviensis. Sola autem Ec-
clesia Romana habet Notas
illæ Symboli Constantino-
politani, soli sibi subjectivè
cōvenientes: quod unicùm,
si Lutherο-Calvinici percipi-
perent; rationabiliter o-
mnis

mnis Controversia Fidei
mox cessaret: impossibile e-
nim est, ut veritas, manens
veritas, testificetur pro falsi-
tate: sed si Notæ aliquæ,
communes discrepantibus
Sectis, easdem testificaren-
tur esse veras; tunc veritas
testificaretur pro falsita-
te: quia contradictiarum
altera necessariò est falsa;
quales contradictoriæ sunt
in Luthero-Calvinicis quo-
ad Fidei essentialia. Ergo
Notæ illæ, quas sibi æquè
usurpant, & Lutherani, &
Calvi-

Calviniani, aliæque Hæreses; non possunt indicare veram Ecclesiam: ideoque cùm nullam Luthero-Calvinici peculiarem, & sibi propriam rationem afferant, quâ probent singuli, suæ potius interpretationi credendum; ideo nullis est credendum, præter Romanam Fidem.

THEISIS XIV.

¶ PRIMA NOTA veræ Ecclesiæ, est Religionis UNITAS, quæ argumento negativo,

gativo, infallibiliter, & evi-
dentissimè ostendit Ecclesiæ
veritatem: quia ubi non est
hæc UNITAS, ibi impossibi-
le est, esse divinā veritatem:
in quo enim puncto discor-
dant inter se, sive Lutherani,
sive Calviniani; in illo sunt
contradictoria, quorum al-
terum necessariò est falso:
sed ex eodem principio, cre-
ditur apud eos utrumque
contradictoriorum: ergo est
impossibile, ut apud eos
principium credendi, sit pri-
ma veritas, quæ, ut diximus,
falso

falsum testificari nequit.

2. Quæcunque igitur Ecclesia, in unico Religionis essentiali punto fuit aliquando diversa, discedens ab unitate; certissimum est, quod sit falsa: quia non habuit verum credendi principium; cum ex eodem principio crediderit id, quod fuit falsum; ex quo credit nunc id, quod putat esse verum.

3. Hic iterum oritur Quæstio facti: qui sibi contradixerint in rebus Fidei? in Ecclesia Romana nihil unquam contrarietatis in ullo

ullo essentiali punto Fidei,
post legitimam Ecclesiæ de-
clarationem ullus reperit:
sed quædam contrariantia,
vel non sunt essentialia Fidei,
vel ante legitimam Ecclesiæ
declarationem existebat, vel
tatum in particularium per-
sonarum Scriptis: ideoque
Ecclesia nostra semper fuit:
UNA.

4. Quæ Unitas nec est
possibilis moraliter apud
Lutheros Calvinicos: nihil
enim est de lege ordinaria,
quod eos adunaret in aliqua
senten-

sententia, nisi plurium u-
niversalis consensus, quem nos
dicimus consensum Ecclesiae: sed hu-
ic Lutherico-Calvinico negant
infallibilitatem; ideoque nec
curant, ut omnes generali-
ter conveniant; particula-
res autem eorum conventus,
hi ab illis, Helvetii ab Angli-
canis, Saxonici ab Augustanis,
Jenenses à Lipsiensibus,
Melanthōnii à Brentianis,
summè discrepant, idque in
essentialibus Fidei: & o-
mnes eodem principio nixi,
vel alij justi textūs, vel priva-
ti Spi-

ti Spiritū: cuius principii
falsitatem, qui non agnoscit
ex tanta dissensione; sanè
nescit, quid sit Deus. Ephes.
4. 5. Rom. 16. 17. 1. Cor. 1. 10. Heb. 13. 9.

THESES XV.

Ancorārō UNITATEM
Ecclesiæ, maximè in
uno visibili Capite constitu-
tam à Christo qui negant; aut
nesciunt, quodnam sit regi-
men optimum; aut pessi-
mè de Deo judicant; quasi
juxta præsentē vitæ statum,
non optimè Ecclesiam suam
disposuisset.

2. Præterquam quod in
Scripturis Sacris, talia sint
S. Petri Privilegia, quæ irra-
tionabilissimum est, aliò de-
torquere, quam ad regimèn
Monarchicum spirituale;
quod semper fuit in S. Petro,
quoad aëmum primum: Joan. 21.18. non
erat autem opus, exire ad a-
ëtum secundum quoad alios
Apostolos, extraordinario
privilegio missos, & aliunde
sat benè provisos extraordinariè, nempe per Spiritum
Sanctum immediate.

3. Qui autem succeſſe-
runt.

runt Apostolis Pastores Ec-
clesiæ, illi subiecti sunt cursui
ordinario, accipientes Spi-
ritum Sanctum mediante
ministerio Ecclesiastico, per
Christum constituto origi-
naliter in Successoribus
S. Petri; Matth. 16. 18. qui
est, non Fidei Ecclesiæ, sed
Ministerii Ecclesiæ funda-
mentum; nempe instrumen-
tarium & ministeriale; seu
principalis vox, & Stylus eo-
rum, quos Deus elegit, Fun-
damenti primarii, seu Verbi
Dei, & Mysteriorum Divi-
norum

norum Ministros, propter
Unitatem doctrinæ, deriva-
tos ab uno Capite visibili; in
quo solo Christus originali-
ter, & derivabiliter consti-
tuit Universale jus ligandi ac
solvendi, per clavum exhi-
bitionem: Isaæ 22. 22. aliis autem
Apostolis datus est usus solùm, Ecclesiasti-
cæ potestatis: idque secundarió tantum;
Matt. 18. 18. & participativè ac dependen-
ter. Numer. 11. 17.

4. De his S. Cyprianus
ante 1400. annos Lib. 1. Epist. 3.
sic AIT: & multis Dioceſibus, multos E-
piscopos; & uni Ecclesiæ per omnes Gentes
propagatæ, Unum visibilem Episcopum
Christus designavit: ut inter cæteros Epi-
scopos Unitas servaretur: qui unus sum-
mus Episcopus (AIT IDEM SANCTUS, Lib. 4.
Epist.

Epist. 9. 3 dūm superba quarundam præsumptione conteinnitur; Schismata & hæreses oriuntur. Per quod declaratur, Ecclesiam Luthero-Calvinicam unitate destitutam esse, contemptâ hâc subordinatione ad unâ summam & originariam ministerialem potestatē: cui qui repugnant, nec sunt legitimi Pastores. Joan. 10.1. & 3. Potestati autem tali ordinariæ ac summæ in S. Petro, n̄l præjudicāt extraordinariæ quædam dotes S. Pauli. 2. Cor. 11. 5.. & 1. 12. 11. Gal. 2. 6. &c. in Capite autem Ps. Matt. v. 5. saltē modus præeminens

eminendi fastuosus prohibetur.

THESES XVI.

1. **Q**uod autem summa illa spiritualis potestas, Ecclesiæ veræ Unitati serviens, sit ad Romanum Pontificem derivata, probatur sic: qui cunque prudenter instituit supremum unum Pastorem visibilem, propter Gregem visibilem, conservandū perpetuò; ille Pastorem talem instituit perpetuum vel in se, vel in alio. Sed Christus, uti proba-

probatum est, prudenter in-
stituit Supremum unum Pa-
storem visibilem, propter
Gregem conservandum per-
petuò: ergo Christus talem
Pastorē instituit perpetuum
vel in se, vel in alio. Sed non
est perpetuus in se, seu in Per-
sona Petri; ergo in alio, seu
in Successoribus: quæ cest
perpetuitas moralis.

2. Sed Successor legiti-
mus nō est assignabilis ullus,
præter Roman. Pontificem;
nullus unquam alius canon-i-
cè electus; nec ullus unquam

D alius

alius, prout iste semper, pro
tali habitus: ergo iste est Pa-
stor Supremus à Christo con-
stitutus, & quidem hic nu-
merò Clemens IX. curren-
te Anno 1669. Pontifex Ro-
manus. Nam in omni eo,
quod pertinet ad cōmunem
totius Christianitatis Religi-
onem, Columna veritatis.
Ecclesia errare non potest:
sed judiciū, quo acceptatus
Summus Pastor à tota Eccle-
sia repræsentativè, pertinet
ad communem totius Chri-
stianitatis Religionem: ergo
in tali

in tali iudicio, Ecclesia errare non potest.

3. Illud hic notandum, quod forma summæ hujus potestatis à Christo instituta, ab eodem Christo illi Personæ tanquam apto subiecto unitur, quæ per Electores ejusdem Fidei, cuius fuit prior Summus Pastor, disponitur tanquam dispositione proximâ ad formam recipiendam; ac demum, ab Ecclesia ejusdem Fidei cum priore summo Pastore, acceptatur: & sic fit successio Pastorum, nunquam interrupta;

& Ecclesia UNA tam origine,
quam continuazione, &
consensione.

THESES XVII.

i. Fide ergo certum est,
Romanum Pontificem
specificativè sumptum, suc-
cedere S.Petro in summa po-
testate, esseque hanc Roma-
ni Pontificis potestatem juris
divini: nullus enim præter
hunc, unquā successit Petro
decedenti vitaliter & moraliter; quā-
vis localiter decedenti suc-
cesserit Alexandrinus & An-
tiochenus Episcopus; quod
facit ad

facit ad successionem folius loci, non
officii; decessio enim tantum
localis, non aufert officium:
successio autem localis simul
cum morali, constituit hic
& nunc Summam Romani
Pontificis potestatem: mo-
ralis, ex præcepto Christi; lo-
calis, ex facto S. Petri; qui
usque ad mortem tenuit Ro-
manam Sedem ex præcepto
Christi; prout testantur,
S. Marcellus, in Epist. ad Antio-
chenos; S. Ambrosius, in orat.
contra Auxentium; S. Athanasius;
in Apologia pro fuga sua.

2. Ex his, & Apostolica
simul Traditione, declaratâ
per Concilia Generalia, &
consensum SS. Patrum, sci-
mus esse etum hunc particu-
larem Episcopatum ad sum-
mam potestatem; cuius declara-
tiones, factæ Conciliariter, sunt de Fide:
aliâs nullam Fidem Divinam
haberemus; prout Luthe-
ro. Calvinici non habent ju-
xta dicta superiùs: nec super-
effet ullum efficax remediū
tollendis Hæresibus; qua-
rum quævis in sui patrocini-
um trahit Scripturas; quæ-
sine

sine tali Judice, Hereticis materiam
subministrant, juxta Tertullia-
num, Lib. de Præscript. c. 39. &
juxta Scripturam: Deut. 17. 9.

3. Nunquam autem est
Ecclesia Romana sine visibi-
li capite, vel in re, vel in voto,
Pontifice vitâ functo: ideo-
que Ecclesiæ tam localiter,
quàm formaliter congrega-
tæ, semper Pontifex est Ca-
put ministeriale; seorsim ma-
jus Ecclesiâ, magnitudine
non molis, sed virtutis & au-
thoritatis: non enim Eccle-
sia dat principaliter ei pote-

D 4 statem,

statem, sed ipsum agēs Prin-
cipale, seu Corporis Ecclē-
siæ Suppositum, quod est
Christus; qui quidem prin-
cipaliter influit in omnes
Ecclesiasticorum actiones;
& quoad has, omnes Ecclesiastici, sunt
Christi Vicarii, non autem quoad direc-
tionem, & derivationem generalem illius po-
testatis in alios: in quem finem,
Christ' loco sui pro corpore
**Mysticō dedit Caput, S. Pe-
trum, & ejus legitimum Suc-
cessorem; sine cuius, tan-
quam Supremi, Christi Mi-
nistri annuentiâ, nihil fit le-
gitime in Ecclesia, teste S. Ba-
silio,**

filio, Epist. 77. ex illo S. Pauli;
I. Cor. 12. 21.

THESES XVIII.

i. **N**il obest autem, quod aliqua facta sint per sententiā directivam erga Pontificem; non autem coactivam: vel facta ab Imperatoribus, non instituendo aliquid circa Pontificum auctoritatem; sed approbando & cofirmando, ac refractiones cogendo: aut à Pontificibus facta sunt quædam erga Cæsares & Reges, non ex obligatione; sed vel pro-

D ; redi-

redimenda vexatione, vel
tanquam à privatis personis;
veletiam erga Pontifices ali-
qua facta sunt, tanquam er-
ga privatos; vel etiam plu-
rima sunt, quæ tantum irre-
pserunt in Libros, nec sunt
authenticata judicio Eccle-
siæ; vel etiam malè ab Ad-
versariis intellecta; vel ab i-
gnarisi putantur quædam
quasi contradictoria; vel e-
tiam sunt quædā dicta & acta
erga Pontifices, ratione Or-
dinis, non jurisdictionis; vel
errore facti, non juris; prout
etiam,

etiam, Gal. 2. 11. vel dicta
sunt quædā disputativè tan-
tum, non definitivè. Tali
modo S. Augustinus, Epist. 43.
ad Vincentium, judicavit excusan-
dum S. Cyprianum, potius
quàm condemnandum, ob-
jurgia contra Stephanum
Papam: id quod multò ma-
gis quadrat Pontificibus Ro-
manis defendendis, duin
nullum contra eos infallibile
testimonium affertur.

2. Sic diffidatur omnis
Lutherico-Calvinicorum ob-
fuscatio adversùs Ecclesiam,
& sum-

& summam potestatem Ecclæsiasticam, quæ facit Ecclæsiæ veræ unitatem in pluribus Episcopis; qui etiam sunt veri Episcopi, & vera Capita particularia, non sublata per generalitatem universalis Capitis ministerialis, dirigentis tantum, & non vitaliter influentis: à quo dissentientes Lutherò-Calvinicí, nequeunt esse UNUM; sicut & dissentientes à SS. Patribus Antiquis; quos omnes, vocat fungos Lutherius, in Commentario Cap. i. ad Gal.

Calvi-

Calvinus autem, utpote va-
frior, sic dissentit à SS. Patri-
bus, ut plebs rudior non ad-
vertat; ideo in Epistola ad
Regem Galliæ sic scribit: im-
probis clamoribus nos obruunt, tēu Patrium
contemptores. &c. qualiter tamen
eos admittat, hoc modo de-
clarat: Sic tamen in eorum Scriptis vero
sumus, ut semper meminerimus, omnia no-
stra esse, quæ nobis serviant; non quæ des-
mantentur.

3. Ex his apparet, non
aliter æstimari SS. Patres à
Luthero-Calvinicis, quam
Scriptores Ethnicios; quo-
rum etiā Scripta in quantū
serviunt Christianis, acce-

ptantur ; in quantum vero
contradicunt ; contemnun-
tur. Nos autem consenti-
mus cum SS. Patribus , in o-
mnibus iis , in quibus & ipsi
inter se consentiunt , directi
à Spiritu S. vel immediatè ,
vel Ecclesiâ mediante ; cui o-
mnia sua subjecerunt sem-
per , cum S. Augustino : Lib. i.
cont. Crescon. cap. 33.

ITEM Epist. 118.
ITEM Tom. 7. lib. 1. cont. 2. Epist. Pelag.
Cap. i. ITEM super Psal 57. Et hæc est
SUMMA totius Fidei & Unitatis Catholicae.

Quod Luthero Calvinici i-
gnorantes , aliqua SS. Patrū
obscuriora dicta pro se tra-
hunt ; sed frustra : quia SS.

Patres

Patres, non nisi Ecclesiæ pro-
bata, agnoscunt tanquam
sua: & in his omnibus, sumus
Unum cum SS. Patribus,
cæterisque Doctoribus Ca-
tholicis, quos malè torquent
pro sua parte Luthero-Cal-
vinici.

THESES XIX.

i. EX Secunda NOTA veræ
Ecclesiæ, tam verū est,
falsam esse Ecclesiam Luthe-
ro-Calvi essentiali quam ve-
ruin est testimonium Spir-
itus Sancti, quod in Christi
Ecclesia sint & fuerint quam
plurimi

plurimi sanctæ & irrepre-
hensibilis conversationis ho-
mines. 1. Pet. 1. 15. Coloss. 1. 22. Tit.
2. 14.

Jam quotquot Orbis
Christianus novit tales San-
ctos; & ipse Deus, quotquot
per miracula testatus est esse
tales; nullus ex eis ad finē usq;
vitæ fuit alius, quam Roma-
no-Catholic⁹: ergo vel nulla datur
Ecclesia Christi; vel sola Romano-Catho-
lica, est Ecclesia Christi.

2. His mirè torquent
Lutheri-theri Gi; cumque
nequeant Sanctos conde-
mnare, Fidem mutilant; af-
ferentes; quod Sancti, non ratione
Papismi

Papismi, sed ratione Articulorum Fidei
Luthero-Calvinicis communium, sicut sal-
vati. Sed per hoc, Fidem
Christianam deterioris con-
ditionis faciunt, quam vel
muscum, vel quamcunque
vilissimam creaturam, quæ
ex omnibus suis partibus es-
sentialibus coalescit: quod
negant Luthero-Calvinici
de vera & salvifica Fide San-
ctorum, quos a junt salvatos
ex Fide, non omnium arti-
culorum essentialium; sed
tantum ex aliquorum.

3. Vera sanè Fides con-
stat ex omnibus suis partibus

essen-

essentialibus: ergo si Sancti
ex vera Fide sunt salvati; ex
omnibus suæ Fidei partibus
essentialibus sunt salvati: sed
pars essentialis fuit v. g. de
Sacramento Altaris; ergo e-
tiā ex hujus Fide sunt salvati:
sed hoc Sacramentum, & omnia alia, credide-
runt Sancti more nostro Romano; ergo ex
Fide Romana, quā dicitis Papisticam, sunt
salvati: nec fuit possibile, ut
Sanctorum Fides fuisset vera
quoad certa quædam, & non
quoad omnia substantialia
puncta: quia sic, omnia cre-
dissent ex motivo eodem;
tale autem motivum, ex quo credidis-
sent & vera & falsa, non potest esse Di-
vinci

vinæ veritatis, quæ falsum testificari
nequit, ut supra diximus:
ergo fuisset aliquod moti-
vum fallibile, quale est Lu-
thero-Calvinicorū, quoad
omnia omnino puncta Lu-
thero-Calvinicæ Religionis;
quæ non est Divina Fides, sed
mera opinio humana. Ergo
Sancti ex vera & totali Fide
salvati, solam Romano-Ca-
tholicam Fidem testantur esse
veram: & qui hanc negat
esse veram, est Antichristus,
qui solvit ac destruit Chri-
stum, tollens omnem Chri-
stianam

stianam Fidem. i. Joan. 4. 3, Matt.
7. 15. & 16.

THESES XX.

i. DEFECTU SECUNDÆ NOTÆ,
Lutheri-Calvinici ne-
queunt dici Euangelici: nam
S. Paulus ait Corinthiis: in
Christo Jesu per Euangeliū ego vos genui
ex quo sic concludit: ergo imi-
tatores mei estote, sicut & ego Christi.
i. Cor. 4-15. Ideo sint imitato-
res Sanctorum, quia sunt ge-
niti per Euangeliū, seu,
quia sunt Euangelici: ergo
si non sint imitatores Sanctorum
& Christi; neque sunt
salvificè geniti per Euange-
liū

lium, neque sunt Euangelici.
Sed Luthero-Calvinici non
sunt imitatores Sanctorum
& Christi; quia non amant
Dominum Jesum Christum;
cum non servent ejus man-
data: Joan. 14. 15. & 21. ideoque
tales, non quod essent Euan-
gelici, ut potius dicantur a-
nathema. 1. Cor. 16. 22.

2. Nec dicant, quod a-
liud sit servare, aliud imple-
re legem: quia, qui diligit, legem
implevit. Rom. 13. 8. & 10. sed qui ser-
vat mandata, ille diligit: ergo qui servat,
ille implevit. Nec dicant, quod
non possint implere ita, in

hac mo-

hac mortali vita, prout in al-
tera: quia etiamsi non pos-
simus hic tam perfectè ama-
re Christum, sicut in Cœlo;
adhuc tamē possumus ama-
re Christum, plusquam Ma-
trem & Patrem, &c. & hoc so-
lām requirit hic à nobis Christus: Matth.
10. 37. Ergo ab Ecclesia
Christi, malè separatur vitæ
Sanctitas per Lutherο - Cal-
vinicos: dicente Lutherο,
Epist. 233. ad Melanth. nullum esse pe-
ccatum , quod aliquem separet à Christo ,
etiamsi quotidie millies meretricetur; dum-
modo credat Agnum, qui tollit peccata mū-
di. His multò adhuc absur-
diora dicit, contra vitæ san-

Etimoniam, Lib. Colloquii de pec-
cato, edition. Isleb. Fol. 130. & alibi:
ostendens per hæc Lutherus,
quod Lutherani, non dicantur
Euangelici, ab Euange-
lio Christi: istud enim affe-
rit, sine sanctimonia neminem salvan-
tum. Hebr. 12. 14. &c.

3. Sed nec Calvinus plu-
ris aestimat Sanctorum pia o-
pera; vocans omnia, quantumvis perfe-
ctissima, sordes & inquinamenta: Inst. Lib.
3. c. 12 n. 4. & fraudulenter af-
fingit hic illā limitationem;
si dignitate sua censeantur: omnis e-
nim bonorum operum di-
gnitas, est à gratia Dei: 1. Cor. 15. 10.
ideoque

ideoque non veritatis studio,
sed alienandi homines à piis
operibus, taliter dehone-
stant pia opera hi duo Hæ-
resiarchæ, NOTAM sancti-
tatis excludentes à Lutherico-
Calvinicis; quos manife-
stum est, esse in potestate te-
nebrarum, dum non sunt in
lumine, seu Fide Sanctorum:
Coloss. 1. 12. ideoque nec esse fi-
lios Lucis: Joan. 12. 36. Quæ
lux integra & totalis, non au-
tem partialis, fecit salvari
Sanctos omnes; Luc. 11. 36. qui
in sola Romano-Catholica
Fide

bionitæ, Marcionistæ, Manichæi, Photiniani, Sociniani, Arriani, Nestoriani, Waldistæ, Wiclefistæ, Husitæ, Zwingiani; singuli à singulis suæ Sectæ Authoribus sic dicti. Quam benè! præter omnes alias, & hæc falsitatis **Nota** Luthero Calvinicis convenit; vocari scilicet ab homine particula-
ri: quod valdè damnat, tanquam Hæreticis proprium S. Chrysostomus: Homil. 33. in Acta Apostolorum.

3. Non improbat autem idem Sanctus ibid. si Christiani denominantur ab iis, qui Ecclesiam

gubernant nomine Christi, quales
sunt Romani Papæ, à quibus
Papistas nos vocant Luthe-
ro-Calvinici; consitentes per hoc,
extitisse Fidem Papistica quingentis pri-
mis Annis, quibus ait Calvinus, Libr. 1.
c. ii. n. 13. Romanam Fidem floruisse;
ergo floruit & Papistica;
quia tunc etiam fuerunt Pa-
pæ Romani, sic vocati in
Concilio Nicæno, & Chal-
cedonensi: Ergo & Papista
fuerunt, 500. primis annis,
& floruerunt: Lutherista
autem, & Calvinista, non
nisi post suos Hæresiarchas
exorti; prout alii Hæretici;
à suis

à suis inventoribus sunt no-
minati: de quibus S. Hiero-
nymus; si quos inquit,
audieris ab aliquo alio nuncupari, ut Mar-
cionistas, Valentinianos, Montanistas;
(adde Lutheranos, & Cal-
vinistas.) scito, non Ecclesiam Chri-
sti, sed Antichristi esse Synagogam. Libr.
cont. Luciferianos, sub fine m.

THEISIS XXII.

1. Errant porrò Lutherico-
Calvinici, putantes per
Nomen ROMANO-CA-
THOLICUM, restringi no-
men CATHOLICI: cùm
antiquitùs quoad designati-
onem Fidei, fuerint identica

& convertibilia, ROMA-
NUS & CATHOLICUS:
Teste Sancto Ambrosio,
Sermone de obitu Fratris sui Satyri: ex
Sancto Augustino, Epist. 162.
Ergo solus Fide Romanus,
est Catholicus: ergo soli nos
sumus Catholici; quia no-
stra Fides Romana est ea-
dem, quæ fuit ævo S. Augu-
stini; qui & Missam Latinè
celebravit; Lib. 2. de Doctr. Chri-
stiana. c. 13. idque pro defun-
cta Matre; Calvin. Lib. 3. c. 5. n. 10.
& Successione Romanorum
Pontificum, in Fide Catho-
lica

licat triumphavit; Libr. cont. Epist. fund. cap. 4. & Libros Machabæorum Canonicos agnovit; Lib. 18. civ. cap. 36. & Scripturam esse Sacram, more nostro probavit; Calv. libr. 1. c. 7. n. 3. & omne judicium, Romanæ Ecclesiæ submittendum judicavit; Tom. 7. Libr. 1. cont. 2. Epist. Pelag. c. 1. &c. quæ est SUMMA Fidei Catholicæ, seu Romanæ. Vide Thes. 18.

2. Nec mirum, quod etiam Luthero-Calvinici cupiant dici Catholici; cum id ipsum, & antiquiores Hæreti-

tici cupierint: August. cont. Epist.

Manic. cap. 4. Per hoc enim nomen, séper
discernebatur verus Christianus à falso: ita
S. Pacianus, Epist. 1. ad Sympronian.

Ergo nisi Lutheri-Calvinici
velint esse falsi Christiani,
debent fieri Catholici, qua-
les nos sumus; non tantum
quoad nomen, semper tales,
sed & quoad rem; juxta S. Au-
gust. Epist. 170. & Vicen-
tium Lyrinensem, lib. advers.
profan. Vocum novit. cap. 3. ubi ait,
dicendos Catholicos, qui
sunt universales ratione lo-
corum, gentium, tempo-
rumque omnium: quales
non

non esse Lutherο - Calvini-
cos, testatur Lutherus, Lib.
Sermon. convival. fol. 10. 158. 273.

3. Quod autem nostra
Ecclesia sit revera, juxta tres
illas rationes, Universalis; te-
statur Calvinus, lib. 4. c. 18. n. 1.
n. 12. n. 18. lib. 3. c. 5. n. 10. & ipse S. Paulus,
Rom. 1. 8. quem locum non
convenire Fidei nostræ, ita
probant Lutherο - Calvi-
nici, prout probabant Gno-
stici hæretici adversùs Ca-
tholicos, Anno Christi 177.
tempore Soteris Papæ, juxta
S. Irenæum, Libr. 3. cap. 2. 3.
4. transcendendo scilicet ad

Scripturam, absq; legitima
Successione. Dicimus ita-
que cum Sancto Augustino:
Lib. de vera Religione cap. 7. Tenenda est
illa Religio, quæ Catholica est, & nomina-
tur non solum à Suis, sed etiam ab omnibus
inimicis: & hæc est sola Roma-
na, extra quam non est Salus;
teste Calvino: quia qui est extra
Ecclesiam Christi, ille negat Deum & Chris-
tum: lib. 4. c 1. n. 10. Sed sola nostra
Romano-Catholica, est Ec-
clesia Christi; cùm nulli al-
teri, veræ ejus Notæ conve-
niant: ergo in hac sola, o-
mnibus salvari cupientibus,
est consistendum.

THE

THEISIS XXIII.

1. E Tiam quartam Ecclesiae veræ NOTAM, vel lent suam Lutherο-Calvini ci; sed falsò: sicut enim re ipsā non sunt Eu angelici, ita nec Apostolici. Quod sic probo;
ex S. Augustino: Lib. cont. Litt. Pe til. cap. 16. Illi soli sunt Apostolici, qui communicant Ecclesiis Apostolico labore fundatis: sed Lutherο-Calvini ci non communicant: ergo non sunt Apostolici. Mi nor probatur ex codē S. Au gustino: Lib. cont. Epist. Fund. cap. 4. Illi soli communicant cum

Ecclesiis Apostolico labore
fundatis, qui communicant
cum Ecclesia Romana tali,
qualis fuit tempore S. Augu-
stini: sed Lutherio-Calvinici
non communicant cum Ec-
clesia Romana tali; uti su-
pra probavimus, Thesi 22.
ergo non comunicat cum Ec-
clesiis Apostolico labore fun-
datis. Hæc, testis omnium
fidelissimus S. Augustinus,
ad cuius usque tempora, Re-
ligio Romana mansit incor-
rupta: Calv. lib. 3. c. 3. n. 10. Lib. 4
c. 14. n. 26. Lib. 4, c. 2. n. 3

2. Priusquam taliter
stringantur Lutherico-Calvi-
nici, adhærebunt mordicūs
S. Augustino; dicentque, pri-
mis quingentis annis Romanam Fidem flo-
ruisse: sed hoc modo constri-
cti, vel necesse est ut disce-
dant à S. Augustino; vel fate-
antur, se non esse Apostoli-
cos. Sed malunt discedere
à S. Augustino, sequē dicere
Apostolicos propter Succes-
sionem doctrinæ: contra
quod sic: Successio doctri-
næ, est ^{questio} juris, de quo ju-
re, nullum omnino est du-

bium

bium; quod reverâ sit Apo-
stolicus, qui succedit Apo-
stolis in doctrina: quinam
autem reipsâ successerint A-
postolis in doctrina; hæc est
Quæstiæ facti, quam Luther-
Calvinici carent vehemen-
ter; quia in hac Quæstiæ facti
deficiunt, miserèque decipi-
untur; semper discentes, & nunquam ad
scieatiâ veritatis pervenientes: 2. Tim. 3. 7.
cùm nulla suppetat alia ratio
certa, inquirendæ doctrinæ
Apostolicæ: prout ipse Cal-
vinus insinuat, recipiendo
prima quatuor Concilia. Lib.
4. cap. 9. n. 8.

3. Ergo non est cum Sa-
tana indiscretè clamandum
toties, Scriptum est enim : Matt. 4. 6.
sed videndum de Scripturæ
intelligentia, in qua, etiam
juxta Calvinum, lib. 4.c.17.n.25.
consistit Verbum Dei; non
autem in sola littera, quam
importunè obtrudunt Lu-
thero-Calvinici, & interim
fugiunt Questionem fæti, per
quam clarè sciretur, quis
meliùs intelligat Scripturas;
resciendo quis successerit A-
postolis: quia qui illis legiti-
mè successit in officio Pasto-
rali;

rali; non successit cum di-
versa doctrina: sic enim non
successisset legitimè: ergo ut
eandem doctrinam invenia-
mus, quæ fuit in Apostolis;
quærendum est, quis illis le-
gitimè successerit? Quomodo e-
nim Scripturæ Sacrae, aut ejus sensui dabit
quis authoritatem, quam non accepit per
Ecclesiæ, ab ipsis Apostolis constitutas?

Ita S. Augustinus, Lib. 13. cont.
Faust. cap. 4. Tom. 6.

2. Sic etiam Theodosius
Imperator, teste Sozome-
no, lib. 7. cap. 12. volens compe-
scere sui temporis Hæreti-
cos, convocatis dixit: Examina-
mus ergo doctrinam vestram ad Scripta An-
tiquorum

tiquorum SS. Patrum; & si cum illis con-
fenserit, retineatur; sin minus, abjiciatur.

Et hæc est via rectissima do-
ctrinæ Apostolicæ reperien-
dæ; quæ primis quingentis
annis Romæ floruit. Calvinus.
Lib. 1. cap. II. n. 13. & Lib. 4. c. 2. n. 3.
Ergo omnes aliæ Doctrinæ,
extra Romano-Catholicam,
defacto non Flores sunt, sed
Urticæ: siquidem non alia
fuit Fides nostra tunc, quam
quæ nunc est. Vide Thes. 22.

THEISIS XXIV.

I. Cūm ergo nos QUÆSTIO-
NE FACTI quæramus &
veram Scripturam Sacram,
& verum

& verum ejus sensum; nos
verè ac sincerè res nostras
fundamus in Sacris Scriptu-
ris; non autem Luther-
Calvinici: qui enim de ve-
ro & legitimo Civitatis Judi-
ce inquirit, ille plus tribuit
judicatui Civilis Judicis,
quàm quinon curat scire de
vero Judice.

2. Dicent hic Luther-
Calvinici, esse illis litem
cum Ecclesia Romana; er-
go hæc nequit esse Judex.
Sed contra est, quod negare
nequeant, à vera Christi Ec-
clesia

clesia verè litem dirimi: ergo inquirendo de vera Ecclesia, non habent litem cum vera Ecclesia; sed cum illis, quos putant non esse ex vera Ecclesia. Ergo à primo ad ultimum, omnis quæstio sicut inventa semel verâ Ecclesiâ: ergo sola illa quæstio facti superest; quod primæ illi Ecclesiæ ex Apostolis, aliisque primis Christianis conflatæ, quænam Ecclesia cum Pastoribus legitimis successerit? & qualemcunque illi Successores doctrinam

nam tenuerunt; sanè illa est
vera, illa est Apostolica, &
nulla alia: & qualem post
primos, secundi legitimi
successores tenuerunt, &
post secundos tentii; sic de
cæteris: illa est doctrina A-
postolica.

3. Si ergo viam hanc non
timent Lutherο - Calvinici,
compareant; &, si audent se in-
serere atati Apostolicæ, edant origines
Ecclesiarum suarum; (ita loquitur TER-
TULLIANUS: de præscript. c. 32.) & evol-
vant ordinem Episcoporum suorum, ab
initio decurrentem: Nec dicant id,
quod omnes alii Hæretici;

se esse

se esse Apostolicos, quia A-
postolorum doctrinam se-
quuntur: certum enim est,
esse Apostolicos, qui eam
doctrinam sequuntur: sed
incertum est, an Lutherico-
Calvinici eam sequantur:
hoc ostendant igitur, quod
est incertum: ut autem sci-
atur, an eam sequantur; cer-
tè scire debent, quæ sit illa
Apostolica doctrina? Lu-
thero-Calvinorumne? vel
Arrianorum? vel Novatia-
norum? &c. dicetis esse ve-
stram, quia est conformior,

ad Scri-

ad Scripturam: sed unde est
conformior vestra, quam
Arrianorum? accipiatur qui-
cunque Textus, quem Lu-
thero-Calvinici interpretan-
tur sic, & Arriani aliter: da-
tis interpretationem Luthe-
ro-Calvinici? dant & Arri-
ani: datis locos parallellos?
dant & illi.

4. Unica illa erit diffe-
rentia, quod Lutheri-Cal-
vinici contra Arrianos da-
bunt Sanctos Patres, legiti-
mos Apostolorum Successo-
res, quos Arriani negabunt:
& hoc

& hoc est, quod nos urge-
mus: quia Sancti Patres, qui
Apostolis legitimè successe-
runt in officio Pastorali, non
successerūt cum diversa do-
ctrina; si enim cùm diversa
successissent, non fuissent
legitimi Successores Aposto-
lorum: & post primos eo-
rum Successores, de secun-
dis, tertiiis, & quartis idem
dicendum. Hæc est, & nul-
la alia, pénissima ostensio, una in
eandemque Fidem esse, quæ ab Apostolis
usque nunc est conservata. Sic ad
verbum S. Irenæus. Lib. 3. cap.

THESIS XXXV.

i. Ecclesiam nostram esse
Apostolicam, probat
vel maximè Ecclesiastico-
rum Ordinatio; cuius for-
ma, ultra mille sexcētos an-
nos in Ecclesia Romano-
Catholica observatur; ju-
xta quam singuli Presbytero-
rum nostrorum, à certo ali-
quo Episcopo ejusdem Fidei,
& ille Episcopus ab aliis, ju-
xta Canonem i. Apostolo-
rum, duobus vel tribus Epi-
scopis ejusdem Fidei; & illi
aliis, ab aliis & aliis ejusdem

Fidei

Fidei sunt ordinati: usque-
dum ad ipsos Apostolos de-
veniatur, & Successio Eccle-
siaisticorum nostrorum fina-
liter in Apostolos resolvatur.

Concilii Nicæn. I. cap. 4. Carthag. IV.
cap. 2. & juxta Chrysosto-
mum, Theophilactum,
Oecumenium, 2. Timot. 4. 14.

2. Reverâ cæcissimus
est, quisquis ex hac forma
non advertit veram in Eccle-
sia nostra Successionem A-
postolicam; præ omnibus
facile colligendam ex Ordi-
natione Ecclesiasticorum;

quia iis carere nunquam po-
test Ecclesia, teste etiam Cal-
vino; lib. 4. c. 3. n. 4. & quia
populi, tanquam oves ratio-
nales, debent discernere ve-
rum Prophetam à falso, id-
que non aliâ regulâ, quam
diligenter attendendo, an is
qui prædicat, conformia dí-
cat iis, quæ dicebantur à
prædecessoribus, qui erant
missi ab Ecclesia Apostolica
& principali: & hoc solum
reliquit S. Paulus Christi o-
vibus discernendum: Gal.
1. v. 8.

3. Ut, quicunque ille
sit, etiamsi Angelus de Cœ-
lo, qui vellet reformare Ec-
clesiam illâ viâ, quâ Luthe-
rus & Calvinus; docendo
scilicet contra Pastores, ab
ipsis Apostolis, nunquam
interruptâ Successione de-
scendentes; anathema sit,
& habendus tanquam fur,
& latro. Joan. 10. 1. Id quod
Tertullianus sic declarat:

de Prescript cap. 22 Constat proinde
omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis
Apostolicis, matricibus & originalibus Fi-
dei conspiret, veritati deputandam; id
sine dubio tenentem, quod Ecclesia ab A-
postolis, Apostoli à Christo, Christus à
Deo suscepit: reliquam vero omnem do-

Errinam de mendacio præjudicandam , quæ
sapiat contra veritatem Ecclesiarum , &
Apostolorum , & Christi , & Dei : sive ,
(ut idem Author concludit)
quæ non communicat cum
Ecclesiis Apostolicis quoad
legitimam Successionem do-
ctrinæ , quæ ostenditur ex
legitima Successione perso-
narum : & sic , Successio doctrinæ
est constitutivum intrinsecum legitime Suc-
cessionis personalis ; hæc autem , est ex-
trinsecum significativum illius intrinseci
constitutivi . Nam primi Pasto-
res post Apostolos , non sunt
ordinati aut missi ad diver-
sum ministerium ; ita ne-
que secundi , ita neque ter-

tii, ita neque quarti, usque
ad modernos Ecclesiasticos.
Hæc ergo Successio ubi-
que deest; ibi deest doctrina
Apostolica: sed in Lu-
thero-Calvinicis hæc Suc-
cessio deest; ergo deest in illis
doctrina Apostolica. In
Catholicis autem, à Roma-
na Sede descendentibus, non
deesse hanc Successionem
Apostolicam, S. Augustinus
Epist. 162. sic TESTATUR: In Romana Ec-
clesia semper viguit Apostolicæ Cathedrae
principatus.

4. Si ergo amas quærere
veritatem; quære qui imme-

diate successerint Apostolis;
& iis repertis, quare quid
illi Successores crediderint;
& hoc reperto; vide an tu i-
dem credas; hoc ipsum au-
tem nunquam rectius inve-
nies, quam per continua-
tam usque huc Ecclesiae Suc-
cessionem: quia licet repe-
rias in proximis Apostolo-
rum Successoribus, & Sa-
crificium Altaris, & Com-
munionem sub una Specie,
& venerationem Sanctorum
ac reliquiarum, imaginum
que, & orationes pro De-
fina

functis, & Septenarium nu-
merum Sacramentorum, &
cœlibatum Ecclesiastico-
rum, & jejunia nostratia, &
Verbum Dei non Scri-
ptum; quæ omnia testan-
tur Lutherani Centuriato-
res reperiri in Ecclesia Pri-
mitiva: horum tamen o-
mnium testificatio non est i-
donea, absque Unius, SAN-
CTÆ, CATHOLICÆ, &
APOSTOLICÆ Ecclesiæ te-
stificatione: quam quia Lu-
thero-Calvinici non habent
pro infallibili; ideo nullam


Fidem

Fidem Divinam habent.

Quantum porrò Salutis cum sua Fide puerititia sperare possint, audiant S. Fulgentium, ante mille annos super hac re, Lib. de Fide ad Petrum Diacon. c. 39. sic loquenter: Firmissimè tene, & nullatenus dubites, quemlibet Hereticum, sive Schismaticum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Baptizatum, si Ecclesiæ Catholice non fuerit aggregatus, quantascunque Eleemosynas fecerit, & si pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse salvari. Idque ideo, quia extra Ecclesiam, nec Deum, nec Fidem habet.

Matt. 18. 17. Calvin. Libr. 4 c. 1 n. 10.

Audistis hæc, Superioris Hungariæ Status Inclytj? Quod si Deo placere vultis; Fidem habere velitis, necesse est: Hebr. 11. 6. & quidem illam, quam SS. Praedecessores vestri Primam post Gentilismum, cooperante Romano Pontifice, suscepérunt; & quam, subsequentes Hungari, totis quinque Saeculis, integrā tenuerunt; & per quam, Unitate Floruerunt: quod adhuc concedat Nobis Deus Pater, & Filius, & Spiritus S. Amen.



DS 24-25

A. .
An
1529